

SERIES EXERCITII.

ADAMUS **Roch** / Bernstadio Lufatus de Archangelo
Michaële perorabit in prosâ memoriter.

CHRISTIANUS FRIDERICUS **Ortelius**, Mitvveiden-
sis Misnicus, Carmen de Angelorum Custodiâ recitabit
memoriter.

His subjunget

Christianus Reheboldus, Torgensis Imitationem
Orationis Ciceronis pro Lege Maniliâ hætenus explicatæ, quâ
Orationem hanc JOSUÆ, qui in re Imperatoriâ fortis, & impi-
ger, ut eum Josephus nominat 5. Antiq. c. 1. accommodabit,
Deoq; aget gratias, quod talem Ducem miserit, cum annexâ pe-
titione, ut etiamnum hac periculosâ seculi nostri conclamati &
deplorati tempestate nobis adsit, & Duces, qui contra hostes
Ecclesiæ bella feliciter gerant, largiatur.

Ex Progymnasmatibus verò Aphthonij

Chrias tractabunt sequentes:

Johan. Christophorus **Teucher** Dresdensis ex Ec-
clesiaste c. 10. v. 19. Pecuniæ obediunt omnia.

Johan. Christophorus **Wecker** Dresdensis ex Mar-
tiale: Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.

Christianus Fridericus **Wildeck** Dresdensis ex Pla-
tone: Nemo dormiens ullâ re dignus.

Johannes Hommel Chemnicensis ex Platone de
Reipublicæ felicitate: Tum demum felices esse Resp. si aut
imperent Philosophi, aut Philosophiæ operam dent Imperato-
res. Hanc Platonis sententiam & Cicero allegat. 1. Epist. ad Q.
fratrem, & Agapetus in Schedâ Regia Aphorism. 17. in quam
videatur Draudius pag. 719. P. P. in Electorali Dresdâ d.
29. Septembr. Anno cto 15 c xxxv.

F I N I S.

SERIES